



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

85. An possit dari casus, quod Pontifex possit præcipere Patri, ut sumat in uxorem filiam suam? Et in primis quæritur, an matrimonium inter patrem & filiam sit jure naturæ irritum? Et an, si daretur ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

spensari in eo posse, & iure naturali valere matrimonio, factum omnes. Atque etiam grauis turpitudine reuocatur in eo, quod quis nouerit, aut priuignam dicat uxorem, vel relictam auunculi; & tamen solo Eccl'astico impedimento ea coniugia diuimuntur. Denique non minor turpitudine reuocet, quod matrimonium infidelium consummatum dissolui possit, & uterque cum altera consummare, coniuge superstitibus; & tamen auctoritate Pontificis fieri posse multi existimant. Non ergo ratio illa ex irreuerentia, ac turpitudine desumpta efficax est, sed infirma.

6. Et quidem, si mores hominum consulantur, cum aliquod ab omnibus recipitur, satis indicatur ab ipso iure manere naturam; quod uero modo ab his, modo ab illis satis etiam ostendit non deduci necessitate ex natura principii. Id certe inuenitur in matrimonio inter fratres, cum apud multas gentes fuit reprobatum & reiectum; apud alias uero etiam laude dignas fuit usu, & consuetudine probatum, ac receptum. Nam apud Aegyptios fuisse in usu matrimonialia forum, & fratrum referunt Diodorus, & Pausanias in *Anticis* Ptolomeum inuoluisse Aethiopes forori tradunt historici. Apud Athenienses id in more receptum affirmat interpres Aristophanis, fateturque Ludouicus Vives in *lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 16.* Adde ex sacris litteris non leue colligi fundamentum exemplo Thamar fororis Amon. Quae ut habetur *2. Reg. 13.* dixit ad illum: *Noli frater mi, noli opprimere me, uel facere iustitiam hanc, quia prius inuocare ad Regem, qui non negabit me tibi.* Quibus uerbis inaniter se defendere conaretur puella si illicitum, inauditum, non in usu receptum, aut quod iusta subsistente causa, fieri non posset coniugium. Et haec omnia docet Perez *ubi supra.* Et ideo hanc sententiam, praeter Doctores citatos, tenet etiam Caspensis in *consuetudine* *2. tit. 26. sect. 1. n. 1.*

7. Unde non gratabor hic apponere uerba R. P. N. Texeda in *Theol. moral. tom. 1. lib. 4. tract. 2. n. 26.* ubi ex Victoria obseruat quod inter ea, quae prohibentur *Leuit. 8.* praeter primum gradum lineae rectae, id est, inter ascendentes, & descendentes, fortasse omnia alia sunt prohibita iure naturali secundario, hoc est, sunt prohibita absolute, & non vigente aliqua graui causa, & rationabili. Quod ostendo, itam ex tali matrimonio iure naturali secundario prohibito sepe sequitur aliquid, quod licet finem principalem matrimonij non tollat, tamen ex parte officij uel obstat fini, uel est contra reuerentiam naturalem debitam consanguineis, ut quod nepos dominetur amita, & sic caput eius, aut matertera, cui debetur idem honor, qui matri; & non uidentur rationi naturali consentaneum ut amita seruiat nepoti, & ipsa nepotem timeat. Caterum omnia ista, quae uidentur secundum aliquam indecentiam afferre, non sunt ita intrinsece mala quoniam possunt aliquo magno bono honestari, & compensari, quod ex tali matrimonio sequi potest. Et ideo, etsi iure naturali interdicitur quod quis habeat duas uxores, sorores, tamen id licitum fuit tempore Iacob, qui habuit duas sorores uxores. Atque eodem pacto dico, quod etsi matrimonium inter fratrem, & sororem sit interdictum iure naturali, cum tamen non sit interdictum iure naturali primario, quod ea prohibentur, semper sunt mala, nec ex quacumque causa possunt honestari; sed iure naturali secundario, quo ea, quae prohibentur, etsi absolute mala & inhonesta sunt, possunt tamen honestari, & fieri licita ob aliquam magnam causam; & ideo ob illam si occurrat, recte potest fieri dispensatio, ut frater contrahat matrimonium cum sorore, sicut temporibus pristinis dispensatum est, ut quis duas haberet uxores. Unde dico, quod licet prohibitum sit fratrem contrahere matrimonium

cum sorore sua, tamen si occurrat aliqua grauissima causa ad contraendum matrimonium inter illos, illud ius naturale, quod inter licebat inter fratres matrimonium, illud ius praecipit, ut ob uigentem causam occurrentem licitum sit id facere, quia non est intrinsece malum, & pro semper, sed propter maius bonum fieri potest. Hucusque Texeda,

8. Et tandem hanc sententiam esse probabilem fatentur ipsi sumer aduersarij ut Coninck de *Sacram. disp. 32. dub. 1. num. 19.* Unde Franciscus Ramos in sua erudita, & docta allegat iur. de *impedim. mar. num. 51.* sic ait: *A los fundamentos considerados, por la sentencia contraria, se responde breuemente; al primer, que la supposicion, de que el impedimento del primer grado de consanguinidad en los transuersales, como entre hermano, y hermana haze irrito el matrimonio por derecho natural, aunque es conforme a la opinion mas comun, y recibida, pero no de manera, que la contraria dexa de ser muy probable, como la renonce aun de los que siguen la primera, Pedro Ochagania de Sacramento, tract. de matrim. quest. 55. num. 7. el P. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 52. n. 10. & 11. que repetidamente la llama ualde probabili, y a la verdad lo es por razon y autoridad pues de mas de santo Thomas, que claramente fue deste sentir. 2. 2. quest. 154 in respons. ad 3. y S. Buenaventura, Alexandro de Halles, scoto, Durando, Cayetano, el Abulense, y otros veinte y quatro auiores, que cita por esta parte Sanchez, dict. num. 10 la siguen tambien, y fundan copiosamente, que el matrimonio no es irrito por derecho natural entre hermano, y hermana, y que este impedimento es dispensable despues de Richardo, el Carthusio, Ol. astro. Gentiano Horueto, Guillermo Hamero, los maestros Fr. Luis de Leon, y Fr. Basilio de Leon, que refiere lib. 7. de matrim. cap. 32. n. 3. & seqq. y prouee esta sentencia con testimonios de la sagrada Escritura, y Concilios, y de S. Hieronymo, S. Agustin, Clemente Alexandrino, a que amado la ley est. D. de ritu nupt. siene lo mismo con Praposito, y Gaspar Hurtado, Antonino, Diana a parte tract. 4. miscell. resol. 93. uerb. sed immerito, y fuera de todos los referidos Adam Tamero tom. 4. in 3. p. D. 1. h. dist. 8. de matrim. quest. 4. dub. 4. num. 59. & 60. Estuan Bannie de Sacramento tract. 12. quest. 2. assert. 1. Agudo Coninck eodem tr. 2. tomo, disp. 12. dub. 1. conclus. 4. num. 19. in fine, & ex Valerio Reginaldo lib. 31. num. 119. Andres Molfesto in summa, tom. 1. n. 110. y no bauer basta oy en la Iglesia exemplar de dispensacion semeiante, no impide pueda bauerle, pues tan poco le bino dispensacion in radice matrimonij en Espana hasta la edad de Bonifacio VIII. Summo Pontifice, y D. Sancho el 4. Rey de Castilla, con quien se dispuso y despues muy frequentemente con otros, como lo obserua eruditamente el Señor D. Juan Bautista de la Rea, grande en Catbedra, 1094, y escritos 1. to. decif. Granat. 8. n. 20. & 24. Hucusque Ramos, licet ipse, ut dixi contra hanc sententiam magis probabiliorem teneat.*

9. Sed post haec scripta, inueni nostram sententiam docere etiam ex Societate P. Escobar in *Theol. moral. tract. 7. exam. 9. c. 9. n. 107.* & putare euidentem doctissimum, & amicissimum Caramuelem in *Theol. moral. lib. 2. disp. 3. art. 5. n. 544. concl. 2.* Quia ait ipse, primi fratres non contraxerunt contra ius naturae, & tamen matrimonium contraxerunt de fide est. Nec inuariat ad necessitatem extremam recurrere, quia rerum natura necessitatis uolentia non mutantur.

RESOL. LXXXV.

An possit dari casus, quod Pontifex possit praecipere

In ordine ad Sacramenta. Resol. LXXXV: 113

per patri, et sumat in uxorem filiam suam?
Et in primis queritur, an matrimonium inter Patrem
& filiam sit iure naturæ irritum?
Et an, si daretur casus, quod in mundo superessent
natum Pontifex pater, & filia, an Pontifex teneretur
sumere in uxorem illam feminam, & dispensare
secum in colibatu?
Et quid, si in supradicto casu Pontifex fuisset impotens,
& inhabilis ad contrahendum: Ex part. 8. tr. 1.
Ref. 71.

§. 1. **C**ausa est curiosus. Sed antè videndum est,
an matrimonium inter patrem, & filiam
iure naturæ irritum; & in partem negatiuam in-
linea Caramuel in Theolog. mor. lib. 2. n. 545. Quis
erit audiat nescio? Accipe eius verba. Matrimo-
nium in primo gradu rectæ lineæ (puta patris & fi-
liæ, filij & matris) irritum iure naturæ docent om-
nes, subscibo, ne singularis videar, licet non reperiã
rationem, quæ persuadeat esse hoc impedimentum
naturale. Si cõtingat Authores reperiã, qui negent,
illis me adnumerat, aliã in sententia cõmuni reman-
entibus dicentes esse contra naturæ ius, licet lumi-
ne naturæ consule non videatur aliquam habere
repugnantiam; melius est enim intellectum in do-
ctine obsequium sequi, quam aperte nouam
in materia grammatice.
2. Sed statim Caramuelis sepulchrum demeritis, quæ
suis non torbati, cum solus vias nouas frequentissi-
me ingreditur & maxime in hoc opere, quod totum
nostræ vitæ aperiendæ, & firmadæ conscribitur. Et
respondeo pusillanimitè esse, qui in scientiis naturali-
bus claras notitias proprias alienis cõiecturis post-
ponit. Et quia multæ quaestiones in Theologia sũt,
quæ mores non rãgunt, etiam pusillanimitem, quem
aliena auctoritas moretur contra rationes solidas.
At ubi de Sacramentorum valore, & conscientie
securitate agitur, non tam liberè procedendum est.
Esse nesciam, quæ matrimonia patris & filie, filij &
matris debeant credi irrita iure naturæ, esto ratio-
nes fortes videãtur mihi contrarij persuadere; faci-
lius est vnum quam omnes Doctores errare; ideo
que prædicit, vt opinor, doctina communi subscri-
bam, quidã non nisi solus ab illa discere possum;
quod si reperiã comites sufficientes, vt contraria
sententia euadat authenticè probabilis, si illis ad-
maneret, dolor esset in causa timor meus, quod illa
probabilitate careret, ac ideo illic eisdem subscri-
berem. Ita Caramuel, qui antea n. 541. obseruat
conubia patris, & filie non fuisse contra legem
naturalem, expresse docuerunt multi Ethnici, quo-
rum historias quotidie legimus in variis libris. Hi-
berni ingenio sunt felices, & præcones habuerunt
vires præclaras, & doctores antequam Euangelium
admitterent, in sua idololatria fuerunt exacti, timo-
ris, & solliciti, nihilominus aliquando publica ro-
tatione decretum licet filiam duci à patre. Histo-
riam expõsit Suardus die Maij xv. ex Petro Camerac-
ensi, & aliis, asserens B. Dympnã pulcherrimum
adolescens Regis Hibernie filia, & cælesti lumi-
ne illustratam, non è dedisse Christianæ Religioni.
Mortua matre in comitibus de Dympnã sponso, Re-
gio genero, iud. futuro Rege tractabatur. Dilecta fi-
lia Rex Monarcham tanta dignum Principe exopt-
abat. Examinatur, controuertitur, disputatur &
soluerunt ex plurium suffragiis conscripti Patres re-
& præci doctissimi Regi anxio Concilij resolutione
informantur. Nos quidè inquit inuicissimè Rex,
Mactatis tunc iussis obtemperantes, nulli præter
tantum Principe digni reperire potuimus, & præ-
ter Dympnã, nulla est inter Principes digna te cõ-

Tom. III.

iuge. Si placet, iube illam tibi potius, felici matri-
monio coniungi. Placuit parenti resolutio, displicuit
virgini, quæ sub initium distulans in Be. P. isth
profugit, vbi capitur, in patriam redit cum cõstanti
remansit, vltima sententia condemnatur.
3. Omisso huius historiae circũstantiis, aliquas, li-
cèt dignissimas ponderatione. Video tamen inter
Hibernos supponi talia matrimonia esse licita, quia
si i, si sensissent illa iure naturæ cui etiã in Gentilif-
mo tenebantur, esse irrita, nullo modo decreuissent
conubij, nec insolenti decreto acquiescissent, sed
aut saltè, vt vulgo satisfacerent, colore & prætextu
iuris excusassent. Præsumendum est igitur non fuisse
insolens decretum, nullo contradicente.

4. Nec sufficit iussisse constanter Beatam Prin-
cipem, quia ipsa Christiana erat & in nostra Religione
interdicunt talia matrimonia. Imò, invidetur de-
duci coniecturã aliquam contrariam. Ideo Dympnã
corde virili restitit, quia Christianis in primo gra-
du contrahere matrimoniũ non licet; ergo ideo
Regis Consiliarij, imò & ipsemet Rex conubium
huiusmodi instituerunt, quia in Religione idolola-
trica permittebant; forte èd collineantes, vt illam
longius à Christianismo auerteret. Hæc Caramuel.
5. Hæc opinio potest probari, quia matrimonium
initum inter personas consanguineas in primo gra-
du lineæ consanguinitatis non adueratur substantiã
eius, nempe fini principali, ob quem institutum est,
nempe proles generationi; ergo non est ipso iure natu-
rali irritum. Antecedens est manifestum, quia inter
patrem, & filiam rectè potest esse proles genera-
tio, quæ est finis matrimonij. Consequentiã ostendo
quia solum matrimonium est iure naturæ irritum,
quando substantia matrimonij destruitur.

6. Sed nullo modo eius sententia est admittenda.
Dico igitur, matrimonium in gradu primo consan-
guinitatis lineæ rectæ, vt inter patrem & filiam, ma-
trem & filium, iure naturæ esse illicitum, ita com-
munis omnium Doctorem sensus. Et ratio est, quia
tale matrimonium continet talis indecentiam no-
tabilem, vt omnes gentes aliquo modo bene insti-
tuta illud semper abominatæ sint, & si quæ illud
permiserint, habitæ sũt omninò barbare & bellu-
inæ; ergo id matrimoniũ iure naturæ illicitum est.
Hinc omninò incredibile videtur Deũ dedisse ho-
mini potestatem, transferendi in alium dominium
corpore sui ad eum casum, qui nullo vnquam casu
futurus fuisset non summè inhonestus, & quæ recta
ratio summè detestatur, sed talis est omnis vltus ma-
trimonij inter filiam & patrem, vel inter filium &
matrem, vt constat; ergo omninò incredibile est il-
lis concessisse illam potestatem contrahendi; fieret
igitur illicite, ac iniquè tale matrimonium.

7. Vnde colligo tale matrimonium, nullo vnquã
casu, sine expressa Dei concessione, licitè & honestè
cõtrahi posse, tamen soli patet & filia ex omni ho-
minum genere superessent, propter eius maximam
indecentiam, ita à ratione abhorrentem. Vnde in eo
casu potius præsumi debet Deum velle totum hu-
manum genus perire, quod permisisset in eum sta-
tum incidere, in quo non posset vltius licitè con-
servari sine concessione rei, quã ita ipsa natura ab-
horret, præsertim cum infinitis aliis modis decetissi-
mis potuisset eum casum impedire.

8. Obiciet, nonnullos sanctos Patres, vt Chryso-
stomum homil. 44. in Genesim, & B. Ambros. lib. 1. de
Abraham. c. 3. excusare filias Loth cum patre dor-
mientes, à peccato, quia hoc fecerunt existimantes
omnes alios homines peritisse. Vnde in tali casu cõ-
sentit hi Patres hoc fore licitum. Respondeo negãdo
antecedens: solum enim prædicti Patres voluit eas
ex perturbatione errasse, tam circa mundi interitum,

quoniam circa necessitate huius remedij. Nam etiam si vere tunc illi soli fuissent in mundo, & tali casu licite illi patri nubere; tamen illa excusari sine ratione non poterant, quæ sine vltis nuptiis patri copulata sunt, cumque altare inebriantur, vt ad tantum seculus ignarum pellicerent, quod scribant foris nuptiam admittitur: factum igitur est prædictos Patres dixisse, seclula ignorantia, & omni animi perturbatione, potuisse illa vnquam licite fieri.

9. Et idem nouissime inuenio hanc sententiam firmam Bannium in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 12. impedim. cognat. q. 1. & Magistrum Texeda in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. n. 11. & 12. vbi sic ait. Dicendum est matrimonium inter consanguineos in primo gradu lineæ rectæ initum, esse ipsò iure naturæ irritum. Sic docent omnes Doctores tam Theologi, quam Iuriste. Probatur ratione D. Thomæ in 4. dist. 40. quest. vnic. art. 2. in corp. quem sequuntur Sotus ibi ad 3. consil. 2. Caietanus 2. 2. q. 154. art. 3. ad 3. quia in matrimonio coniuges efficiuntur socij, & pater in ordine ad matritale conubium, hoc esse non potest inter filias, & parentes cum filij ex natura sua sint partibus impares, & subiecti illis, quibus debent maximum reuerentiæ præstare, ergo matrimonium inter illos est iure naturali irritum, imò si bene perpendatur, matrimonium inter parentes, & filias aduersatur lumini naturæ, & idem matrimonium inter illos reputatur res nefaria.*

10. Obijciunt: possunt parentes, & filij ad inuicem sibi mutua corporum tradere potestatem eum vera dominij translatione ad vitam indiuiduam peragendam, possunt enim procreare filios, ac cum maiori amore, & amicitia illos nutrire, &c. Respondeo matrimonium inter parentes, & filios non idem prohiberi iure naturali, quia aduersatur omnino substantiæ eius, neque fini principis, sed quia aduersatur debito ordini, & conuententiæ, quæ inter contrahentes seruari debet, eum autem matrimonium id tendat, vt persona, quæ aliis inter se sunt distinctæ per conuentionem, communicationem, & amicitiam efficiantur vna caro, peruenitur ordo si pater contrahat cum filia, & filius cum matre: nam filij sunt aliquid patris, & substantia eius, & idem matrimonium inter ipsos aduersatur iuri naturali, & eius lumini, quod dicit filios subditos esse debere parentibus, & non illis æquari. Ita Texeda.

11. His suppositis, & non obstantibus, quero, an possit dari casus, in quo Pontifex possit præcipere patri, vt sumat in vxorem filiam: Respondeo affirmatiue, videlicet, si in mundo superessent tantum Pontifex, pater & filia. Dices in hoc casu propter præceptum obligans cõseruandi speciem humanam propter bonum commune, Pontifex teneretur sumere in vxorem illa feminam, & dispensare secum in cœlibatu. Sed demus Pontificem esse impotentem, & inhabilem ad cõseruandum, cum in tali casu remaneret tantum pater & filia, quid faciendum: Eritne in tali casu licitum patrem & filiam inter se contrahere: Meratius de sacram. Matrim. disp. 9. sect. 6. & Coninck disp. 32. n. 14. & Hartado disp. 18. diffie. 3. negant licere hinc expressa Dei cõcessione. Probant, quia etiam in dicto casu irrogatur maxima irreuerentia opposita pietati, aut obseruantie cui priuatiu cedere, aut acquiescere nequit, cum sit opposita pietati, aut obseruantie & non iustitiæ, cuius damno potest ex rationabili causa cedere, & acquiescere. Addunt tamen ex Dei cõcessione, qui potest debitum reuerentiæ extinguere, aut aliter conuentionem inter dictos consanguineos honestare, posse inter illos matrimonium licite contrahi.

12. Sed plus addit Perez de matrimonio. disp. 38. sect. 3. num. 11. docet enim, & si solus pater & filia,

vel mater & filius ex omni hominum genere superessent, non fore licitum in eo casu matrimonium contrahere, nec Deum posse talem facultatem cõcedere. Et probatur, quia illud est ad eum intrinsecè malum, & ita à ratione abhorrens, non secus ac mendacium, vt nulla decenti causa cõonestari possit. Secundum liquet, quia cum talis vnus nequeat vilo modo honestari propter intrinsecam indecentiam, non secus ac odium Dei & mendacium, non videtur possibile Deo concessio ad tale matrimonium, & vltim peragendum. Vnde in eo euentu iudicandum est Deum velle totum genus humanum perire, ne talis indecentia committatur, præsertim cum facile potest eum casum impedire infinitis alijs modis decentissimis.

13. His tamen minime suffragantibus, Basilijus Põcius de matrimonio lib. 7. c. 3. n. 5. Henriquez lib. 12. c. 9. Bannius in Theolog. moral. tom. 1. tract. 12. de imped. consanguin. q. 2. assert. 3. Filiacijs tom. 1. tr. 10. par. 2. c. 5. n. 168. Calpenis in cursu Theolog. tom. 2. tr. 26. sect. 5. n. 39. Sanchez lib. 7. disp. 51. num. 10. & alij, quos ipse refert, affirmant licere tale matrimonium in casu extrema necessitatis propagandi genus humanum. Probant, quia malum Ordinis inferioris, quale damnũ, priuatiu irreuerentiæ paternæ confutges ex tali matrimonio, debet cedere & cõonestari propter superioris Ordinis bonum commune cõseruationis speciei humane, vt nimirum huic cõsultatur, sicut solet & debet dampnum vite cõonestari propter bonum rationis.

14. Et præter Doctores citatos hanc sententiã tenet nouissime Magister Texeda in Theolog. moral. tom. 2. lib. 7. tract. 2. num. 15. vbi sic ait. Si roges, an matrimonium inter patrem, & filiam initum, & inter filium & matrem, ita malum sit, vt nulla circumstantia honestari possit, nisi Deus in illo dispenseret. Casus, qui proponi potest, vt si solus pater & filia remanerent, aut sola mater, & filius. Dico tamen eum Caietano 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3. Soto in 4. dist. 40. quest. vnic. art. 3. verb. igitur, matrimonium inter patrem & filiam, & inter matrem & filium non esse ita intrinsecè malum, quin non possit ex aliqua iusta causa honestari, quia ex matrimonio patris cum filia, & matris cum filio, possibilis est prolis generatio. Et idem si contingat quod in mundo nullus alius remaneret, Titius, v. g. & Caia eius filia, inter eos licitum esset matrimonium propter extensionem generis humani, ad quam homines tenentur maiori vinculo naturali, quam tenentur parentes non contrahere cum filiis.

15. Quare D. Chrysoftom. homil. 44. in Genes. & D. Ambros. lib. 1. de Abraham. c. 6. merito excusauit filias Loth à peccato, dum eum patre concubuerint, existimabant post desolationem illarum ciuitatum solas cum patre in mundo remanisse, atque vt genus humanum non totaliter destrueretur, & finiretur bonum commune, eum patre concubuerant, vt ex illo filios acciperent. Ita Texeda.

16. Stante igitur in hac posteriori sententiã, respondendum est ad quæsitum superius factum, posse Pontificem in tali casu præcipere patri & filie, vt matrimonium contrahant, & ipsi tenerentur obedire. Et ratio est, quia si aliquando pater potest præcipere filio, vt certum contrahat matrimonium & filius tenetur obedire & cõsentire, vt indicant Sotus in 4. dist. 39. q. 1. art. 4. conclus. 3. Nauarrus in manual. cap. 13. num. 15. & ex causa magnæ necessitatis admittit Pater Auerfa de sacram. Matrim. quest. 4. sect. 7. & alij. Quanto magis dicendum est in nostro casu, posse Pontificem præcipere patri, vt ducat in vxorem filiam suam, propter euitandum dampnum commune interitus vniuersi, cui cedere debet damnum

imm priatum irreuerentia: patet: ne ex tali matrimonio confurgens: & in tali casu Pontifex non dispensaret, sed declararet ius naturale non obligare.

RESOL. LXXXVI.

An Pontifex possit dispensare, ut fidelis matrimonium contrahat cum infideli, vel haeretico? Et an matrimonium fidelis cum infideli non sit irritum neque iure diuino, neque iure naturali, sed tantum iure Ecclesiastico? Idem dicendum est de matrimonio fidelis cum haeretico. Et an in locis, in quibus consuetudine legitima derogatum est, ne peccatur dispensatio ad contrahendum matrimonium cum Haereticis, procedat etiam in Regibus: Ex patt. 8. tract. 1. Refol. 74.

1. Videtur negatiue respondendum, quoad infidelem: nam primo in cap. 9. & 10. lib. 1. Et separati sunt Hebraei à coniugibus infidelibus, dixerunt: & ideo Vasquez in 3. part. tom. 4. disp. 2. cap. 4. n. 10. & alij, quos citat Sanchez lib. 7. disp. 7. n. 6. allerunt matrimonium fidelis cum infideli esse irritum iure diuino. Confirmatur ex auctoritate D. Pauli 1. Corinthi 6. Nolite inire cum infidelibus quia verba sanctus Hieronymus lib. 7. contra Iovinianum, accipit de matrimonio cum infidelibus eam in re sensum fidelis in clinetur ad eorum infidelitatem, & vitia. Et quamuis praedicta verba intelligantur de vitio fidelium commercio; inde etiam virgines deimittuntur argumentum non si ipsum commercium prohibetur, ne contagione sua fidelis pereat: magis abicienda connubia, in quibus cum ille coebris voluptatis serpunt doctrinae pestiferas, & sese animus tantum insinabunt periculosus, quanto dulcius. Idem firmatur verbis illis 1. Cor. 7. Si dormierit vir eius (id est, mortuus sit, cui vult nubere, nubat tantum in Domino, id est, in Christianismo, seu nubat viro probato, & Christiano. Ita Ambrosius, Theodoretus, Theoph. Anselmus, Sedulius, D. Thom. ibi, & Augustinus 1. de adulter coniug. cap. 21. & Tertullianus lib. 2. ad uxorem.

2. Secundo eo ipso, quod Christus matrimonium persona baptizata induit in Sacramentum, videtur irritale matrimonium illius cum infideli, quia tale matrimonium adhuc ex parte personae baptizatae peccat esse Sacramentum, quia ratio Sacramenti tantum conuenit toti matrimonio quod in utroque cohaerere reperitur, & non in uno solo. Firmatur, quia alias Ecclesia non posset irritare matrimonium fidelis cum infideli, ut potest, quae in hunc nullam habet facultatem.

3. His tamen non obstantibus, dicendum est, matrimonium fidelis cum infideli non esse irritum, neque iure diuino, neque naturali. Et ita tenet Rebelius lib. 3. quest. 9. n. 1. Praeposuit in 3. part. quest. 7. de impedimento matrimon. dub. 17. num. 156. Hurtadus de matrimon. disp. 24. difficult. 1. num. 2. Coniunx de sacrament. disp. 32. num. 3. & alij communiter. Non esse prohibitum iure naturali patet, nam Esther nupsit Asueto Regi infideli in infidelitate manenti. Item sancta Monica vitum habuit Paganum, teste Augustino lib. 9. Confess. cap. 9. S. Clotildis nupsit Clodoneo Regi Francorum ethnico, teste Gregorio Turonensi 1. c. 28. Et ratio est, quia cultus diuinitas non omnino ac directe opponitur tui matrimonij, ita ut contra suble. n. qum eius esse dicatur. Neque enim pugnat cum indiuidua vitae societate, cum fieri possit, ut nec discordia nec dissensiones oriatur, aut raro. Neque etiam impedit matrimonij finem, hoc

est, filiorum procreationem & educationem, quia licet difficile posset tamen reddi in pia religione proles institui. Vnde quomais personae contrahentes aliquando non expediant ad prolem bene educandam, non sufficit, ut matrimonium inter eas sit ex natura rei nullum; quia quando id contingit, prouenit per accidens ex malitia personae infidelis; alias etiam esset nullum inter personas infideles ex natura rei, quia ista potius conuenient ad malam proles educationem. Non est igitur fundamentum aliquod ut dicamus, matrimonium cum infideli irritum esse iure naturali: erit quidem illicitum ex natura rei, quando est, probabile periculum malae educationis proles aut desertioni: fidei in persona fidelis, sed non erit irritum firmatur, nam matrimonium personae fidelis cum haeretica fere eadem incommoda afferet contra matrimonij finem, ac fidelis cum infideli aduersatim enim bonae proles educationi, mutua coniugum tranquillitati ac paci estque non leue periculum peruerendi fidelem: & tamen nullus dicit hoc matrimonium esse iure naturae irritum, ergo.

4. Sed neque dictum matrimonium est irritum iure diuino.

Probatur Primo, nam, ut obseruat Praepositus ubi supra, Paulus V. in Bulla, quae incipit, *De amorum summi*, data anno 1616. 21. Iunii concessit Episcopo Funianensi in 12. omnia, & superioribus Societatis in regno Chinarum, ut ad decem annos possent dispensare in impedimento disparitatis cultus, ut matrimonia essent legitima: ergo hoc impedimentum non irritat matrimonium iure diuino cum Pontifex in impedimento iuris diuini non possit dispensare. Nec similiter dirimit iure naturae, quod praecedenti conclusione diximus, quia Pontifex nequit etiam in tali impedimento dispensare.

5. Probatur Secundo, non apparet ex Scripturae, traditione, vel Ecclesiae sensu de tali impedimento, sed potius apparet contrarium ex eo quod Christus non dederit vlla praepcepta morum, sed solum fidei, & Sacramentorum, quoad ea suscipienda. Confirmatur: Christus solum eteuauit matrimonium ad esse sacramentale, de caetero quoad seccellaria contractus legitimum illud relinquens legi naturae, iuxta quam non irritatur matrimonium fidelis cum infideli.

6. Probatur Tertio, initio Ecclesiae vix aliter potuerunt fideles matrimonia inire, quam cum fidelibus. Confirmatur ex eo quod S. Monica nupsit viro infideli, ut testatur Augustinus lib. 9. Confessionum, cap. 9. cuius matrimonium non fuit iudicatum inualidum, & ex eo quod S. Hieronymus lib. 1. aduersus Iovinianum, testetur suo tempore frequentia matrimonia fidelis cum infideli, quae licet valde improbet, non tamen censet inualida. Similiter & Augustinus lib. de fide & operibus, cap. 19. agens de matrimoniis fidelis cum infideli, ait: Quae nostris temporibus iam non putantur esse peccata, quoad reuera in nouo Testamento nihil inde praepceptum est.

7. Dicendum est igitur, matrimonium fidelis cum infideli esse solo iure Ecclesiastico irritum. Ita communitur Doctores, & sequitur ex praecedentibus dictis. Quia verò clarè non constat de iure aliquo scripto, dicendum est, id patere ex receptissimo & antiquissimo Ecclesiae vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione. Vnde Pontifex in eo dispensare potest, quia in omni iure Ecclesiastico potest dispensare. Ita Hurtadus, & alij ubi supra.

8. Restat modo respondere ad argumenta superioribus posita. Et ad locum Esdrae respondeo; praepceptum illud quatenus irritat praedicta matrimonia iudiciale fuit, & consequenter morte Christi expraui. Quod fuerit iudiciale, liquet ex eo, quia cum solis infidelibus inuicem terra Chanaan coniugia interdicta fuere.

LIBRO DE MATRIMONIO

LIBRO DE MATRIMONIO
OMNIA
TO. III. IV. V
E. III

